

et nichilominus talis persona contrafatiens detineatur in palatio comunis, de quo exsire non possit donec non dederit seu presentaverit denarios seu res illi vel illis cui vel quibus mitterentur.

5 Cap. CXIII. De non dando vinum ad provam.
R. c. a.

Prohibemus quod aliqua persona civis vel habitatrix civi-
tatis Tergesti utriusque sexsus seu forensis cuiuscunque
condicionis modo aliquo sive causa non presumat nec sit ausa
10 sub aliqua forma dare nec consignare alicui mercatori sive
mexete nec alteri persone aliquod vinum ad aliquam probam,
seu fatiendum aliquam probationem de ipso vino, nec ipsi
mercatores sive mexete unus vel plures nec ali(a)qua alia per-
sona petere possint aliquod vinum pro aliqua probatione
15 fienda, nec mercationem aliquam facere de predictis. ¶ Et
nulla persona civis vel habitatrix Tergesti seu forensis modo
aliquo sit ausa dare concedere donare vel alienare alicui mer-
catori vel mexete nec alteri persone aliquam quantitatem vini
de aliquo vasse vini vel butixella in aliqua angastaria bo-
20 chale vitrio struca barile vel alio ordeigno, sub pena libr. par.
centum pro qualibet persona contrafatiens et qualibet vice
contrafacta, // et persona contrafatiens, si non haberet unde 185 B
solvere condempnationem predictam in eam factam, stet in
carceribus comunis suis expensis, donec solverit condempna-
25 tionem predictam. Salvo quod si factum et firmatum esset
forum libere et sine aliqua conditione de ipso vino. ¶ Pre-
terea nullus hospes butigliarius mexeta nec alia persona modo
aliquo presumat recipere nec tenere in domo eorum nec alibi
aliquod vitrium angastariam bochalem strucam barile nec
30 aliquod ordeignum in quo vel quibus sit vinum sibi aportatum
per aliquem mercatorem vel aliam personam, datum vel de-
positum palam vel occulte in hospitio sive in domo habita-
tionis eorum vel alterius eorum, sub nominata pena. ¶ Et
etiam nullus mercator mexeta nec alia persona presumat pa-
35 lam vel occulte aurire quantitatem vini de aliquo vase vel